



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Leo Papa X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

# Officio Sanctissimæ Inquisitionis. 99

A incessanter clamando, & exaltando vocem & prædicando & prædicari faciendo verbum Dei, ac veritatem fidei Catholicæ contra damnatos articulos, & hæreticos supradictos. Necnon omnibus & singulis parochialium ecclesiarum rectoribus, ac religiosis quorumcunq; ordinum, etiam Mendicantium, exceptis & non exceptis, vt prämittitur, similiter in uirtute sanctæ obedientie mandamus, vt sicut ipsi nubes a Domino constituti sunt, ita spiritualem imbre in populo Dei seminarie, & contra supradictos articulos, vt präfertur, damnatos, sicut etiam eorum incumbit officio, publice publicare non uereantur: Scriptum est enim, quod perfecta charitas foras mittit timorem. Vos igitur & c. Ioh. 4.

B vestrum singuli onus tam meritorij negoti deuota mente sufficientes, uos in illius executione sic sollicitos, ac verbo & opere studiosos, atque diligentes exhibeatis, quod ex uestris laboribus, diuina nobis fauente gratia, sperati fructus adueniant, ac per sollicitudinem nostram, qua causas pias gerentibus pro retributione debetur palmarum gloriæ non solum consequi mereamini, verum etiam apud nos & sedem prädictam non immerito valeatis de exacta diligentia vestra vberius commendati.

C Vetrum, quia difficile foret præsentes declarationis, & publicationis litteras ad præsentiam & personam propriam Martini, & aliorum declaratorum & excommunicatorum huiusmodi personaliter deducere, propter eis fauentium potentiam: uolumus, ut affixio & publicatio præsentium litterarum in ualuis duarum cathedralium seu metropolitan. aut unius cathedralis & alterius metropolitan. in dicta Alemania consistentium ecclesiarum, per unum ex nuntijs nostris ibidem existentibus facta, ita eos liget & arctet, Martinumque & alios declaratos, & damnatos huiusmodi, demonstrat, in omnibus & per omnia, ac si eis & eorum cuilibet personaliter intimatae & präsentatae fuissent. Et quia etiam difficile foret præsentes litteras ad singula quaque loca deferre, in quibus earum publicatio necessaria foret, uolumus, & präfata auctoritate decernimus, quod eatum transumptis, sigillo alcuius prælati ecclesiastici, seu ex Nuntijs nostris prädictis munitis, & manu alcuius publici Notarii subscriptis vbiique stetur, prout præsentibus originalibus litteris fuerit, si essent exhibita uel ostensa: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in prioribus litteris nostris prädictis uoluimus non obstate: ceterisque contrarijs quibuscumque.

D Nulli ergo omnino hominum licet hac paginam nostræ constitutionis, declarationis, präcepti, mandati, afflignitionis, uoluntatis, & decreti, infringere, uel ei ausu temeratio contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo vigesimo, tertio Nonas Ianuarij, Pontificatus nostri anno octauo.

De Curia,

De. de Comitibus.

LEO PAPA X.

*Universis & singulis locorum ordinarijs, ac hæretice prauitatis Inquisitoribus in domino Venerorum consistentibus. Salutem & Apostolicam benedictionem.*

E Episcopi & hæretice prauitatis Inquisitores procedere possunt contra maleficos & sacrilegos; nec eorum circa haec iurisdictione impeditur aut diminuitur, ex eo quod ipsis aliquis aliis adiungitur per summum Pontificem, vt cum ipsis in haec delicta inquirat, iudices & officiales seculares absque reuisione processuum sententias latas iudicibus ecclesiasticis super haec crimina exequantur, & traditos curiae seculari punient: quod si renuerint, compellantur per ecclesiastica censuras.

Aliæ extraag. huius argumenti habentur supra Innocentij viij. & Alexandri vj. & infra Hadriani vj.

**H**ONESTIS potentiis uotis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur mini 1521. Edita anno Do opportunis. Alias ad petitionem dilectorum filiorum nobilium virorum Ducis Ex Directorio & dominij Venetorum, cum in Brixiensi & Bergamensi cinitatibus & dioecesis, Illustrissimi laeobi Sabelli Cardinals, rei- quoddam hominum genus pernicioſissimum ac damnatissimum labo hæretica, per pa. Christiane Inquisitoris generalis fol. 424. satanæ, cuius confilio seducebantur, corpora & animas conferebant, & ut illi rem gratiam facerent, in necandis infantibus passim studebant, & alia maleficia & sortilegia exercere non verebanter, quod ita factum esse videbatur, ut ad eorum errorem extirpandum opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam eiusdem generis nonnullos indicibili pena obstinate vitam potius perfide amittere: quam errorem suum cognoscere maluisse, & propterea de rigoroso nimium (*vt dicebatur*) vestri ordinatorum contra tales processu, dubitantes, Venerabilem fratrem Episcopum Polensem nostrum & Apostolicæ sedis apud eosdem Duxem & dominum Nuntium, vobis adiungendum ducimus, cum facultate per se, uel alium, seu alios processus per vos habi-

G 2 tos,

## Litteræ Apostolicæ pro

tos, seu factos examinandi, & reuendendi: & si vos Inquisitores processus prædictos tite & recte, ac A iuxta formam iuris habitos fecissis contra tale hominum damnatorum genus vna vobis cum processu & inquirendi: necon procuratores & aduocatos, scribas, ceterosq; ad Inquisitionis præfata exercitium necessarios & opportunos, officiales & ministros cum competentibus salarijs deputandi, & homines prædictos quod redire ad Ecclesiæ unitatem uellent) clementer suscipiendi, eisque penitentiam salutarem iniungendi, & eos absoluendi etiam in utroque foro, & incorrigibiles condemnandi, & brachio seculari tradendi, ceteraque quæ vos de iure, vel consuetudine facere possetis, & debetis faciendi gerendi, & exequendi, prout in litteris desuper confessis continetur.

Cum igitur commissionis huiusmodi vigore præfatus Nuntius, venerabilem fratrem Episcopum Iustinopolitanum in partibus illis commorantem ad præmissa vna vobis cum petrastanta & exequenda subdelegauerit, vosque & ipse subdelegatus in valle Communica Brixensis dieceesis, vbi maxime huiusmodi damnati generis homines uigent & pullulant, processeritis; ac nonnullos culpabiles repertos, & curia seculati tradendos, nec non iam condemnatos habueritis, viderur, quod per Venetorum collegium Praetori Brixensi mandatum fuerit, ne sententias huiusmodi exequereut, & B vobis & eidem subdelegato, ne ad executionem illatum procederetis inhiberet, prout inhibitus fuit: ac expensas, & salario pro huiusmodi Inquisitionis negotio necessaria submoueret, & retraheret; nec non processus contra culpabiles prædictos habitos & factos eis transmitteret, seu transmittit faceret; & quod deterius est, subdelegatum prædictum ad coram eis in ciuitate Venetiarum comparendū cogerer, & compelleret, prout coactus & compulsus fuit. Et quia propter dictas litteras, in quibus dictus Nuntius adiunctus fuit, ab aliquibus hastatur, an propter hoc facultas uestra diminuta existat, ita quod prout ante datas huiusmodi litteras potuisse, procedere non possitis, indecensque & contra iuris & sacrorum canonum dispositionem, ac ecclesiasticam libertatem existat, laicos de personis & causis ecclesiasticis se intromittere, nolleque iniunctam à vobis executionem adimplere, nisi processibus, ac sententiis per eos visis & examinatis, ac si ipsi in clericos causasque ecclesiasticas superioritatem & iurisdictionem haberent: cum tamen in clericos causasque huiusmodi, laicus nulla facultas attributā sit, quos obsequendi & exequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, C propter quod inter Christi fideles non modicum surgit scandalum.

Iniquum est  
laicos de per-  
sonis aut cas-  
uis ecclesiasti-  
cas se intromit-  
tere.

Dixi plene ad  
Eymenianum.  
comment. 85.  
par. 3 super q.  
86.  
† illorum.

Nes igitur, ne quod salutem animarum, & dictarum causarum faciliorem expeditionem introductum est, in damnum & percellationem convertatur, & propriea ob diuinitatem temporis infelices animæ huiusmodi peccatis magis grauentur, & ad omne circa hoc dubium tollendum, vos prout ante datas dictas litteras de iure & consuetudine seu priuilegio procedere poteratis, nec non etiam contra maleficos & sortilegos ac à fide apostataentes, prout criminis postulauerit qualitas, procedere posse & debere auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus & declaramus: vobis committentes & mandantes, vt eodem Venetos, & illos † Ducem ac officiales suos, ne ipsi viterius in huiusmodi causis se intromittant, sed quod iniunctas sibi executiones, & forte iniungendas, postquam requisiti fuerint, sine aliqua processum, per dictos ecclesiasticos iudices factorum visione, vel examinatione prompte exequantur, moncati & hortemini. Et si hoc facere neglexerint, vel recusauerint, vos eos per censuras ecclesiasticas, & alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita compellatis. Præmissis ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, statuisse & consuetudinibus ciuitatum & dioecesum prædictarum, iuramento, firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrarijs non obstantibus quibusque.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo pectoris die decimoquinto Februario. Millesto D  
mo quingentesimo vigesimo primo. Pontificatus nostri anno octauo.

B R E V E S A N C T I S S I M I D O M I N I N O S T R I  
D. Hadriani diuina prouidentia Papæ sexti, ad Fredericum Saxoniae Ducem aduersus Lutherum.

Damnato Martino Lutheru, & per totam Europam heretico publicato per Leonem x. Pont. Max. Fredericus Saxoniae Dux eum in suum veluti clietem recepit; quod ægre ferens, vt debuit, Hadrianus sextus eius successor, hoc ad ipsum rescriptum, seu Epistolam hortatoriam dedit, qua omnibus modis co natur pius & sanctissimus Pontifex Frederico persuadere, vt ad sanam mentem reuertatur, cogiteque qualis sit Lutherus & eius præcepta; deniq; omnia commemorat, quibus principis animus permoueri possit ad catholicâ religionē amplectendā: additis insuper multis exemplis, quibus ostendit principes Dei præceptis fauentes felicissimos extitisse, contra uero eius legi repugnantes infelicissimos enasisse.

Edita anno Do-  
mini 1522.  
Ex 4. Concil.  
to. primo. 726.  
Ex Colonen.  
ed. 1504. anno  
1527.



ILECTE fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.  
SATIS & plus quam satis iustinimus, dilecte in Christo, si forte DEI pie-  
tas tuam dignetur iniurie, ac dare penitentiam ad cognoscendum veritatem,  
ut resipisceres a diabolique laqueis, a quo captiuus detineris.

Nouimus te paternè monitum a se. re. prædecessore nostro, vt ate separates perniciem

illam